Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxiii [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

polionis romuli exemplo : quem centeſimum annum excedentem cum diuus auguſtus hoſpes interrogaret:quanā ratione maxime vigorem illū animi corporiſq; cuſtodiſſet : ille reſpondit intus mulſo foris oleo. *pollio.* Regius morbus curatur mulſo.

Non fecit cerata . malaginata . emplaſtra . colliria . antidota parēs illa natura : ac diuina reruz artifex . Officinarū Imo verius auaricie cōmenta ſunt. Nature quidē opera abſoluta & perfecta gignunt paucis ex cauſa :nō ex coniectura rebus aſſumptis : vt ſucco aliquo ſicca temperant ad meatus : aut corpore aliquo humentia adnixus Scrupulatim qnidē colligere & admiſtere vires non coniecture humane opus : ſed imprudentie eſt. Nos nec indicarum. nec arabicarum mercium : non externi orbis actingimus medicinas . Non placent remediis tam longe naſcentia. Non nobis gignūtur. ne illis quidem : alioquin non venderent . Odorum cauſa vnguentorumq; & deliciarum ſi placet : etiam ſuperſtitionis gratia emantur: quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem autē ſine his poſſe conſtare vel ob id probabimus : vt tanto magis ſui delitias pudeat Sed medicinas ex floribus coronamentis & hortenſiis queq; manduntur herbis proſecuti.

Ca.xxv. Medicine ex frugibus.

Milio ſiſtitur aluus . diſcutiuntur tormina . In quem vſum torretur ante. Neruorum doloribus & aliis : feruens in ſacco ponitur . neq; aliud vtilius :quoniaz leuiſſimū molliſſimūq; eſt: & caloris capaciſſimum. Itaq; talis vſus eſt ad omnia quibus calor profuturus.

Ex frugibus fiunt potus . zitim in egipto . celia & cerea in hiſpania . ceruiſia & plura genera : in gallia aliiſq; prouintiis . quorum omni ſpuma : cutem feminarum nutrit.

Eos qui pane hordeaceo vtuntur : morbo pedum temtari negant.

Liber . xxiii. De medicinis ex vino aceto & oleo piro ficu & cetera.

Ca.ii. medicine vuarum. Et diſputatio an pluribus proſit vinū aut noceat. vtilitates vini ad homines & bruta & cetera.

Innocentiores ſunt vue que decerpte diu pepēderunt .qua ventilatione vtiles ſunt ſtomacho . & egris. Nam & refrigerant leuiter et faſtidium auferunt. Que autem in vino dulci condite fuere

caput temtant. Proxime autem ſunt pēſilibus in palea ſeruate. Nā & vinaceis ſeruate: caput & veſicam & ſtomachum infeſtant. Siſtūt tamen aluum. Sanguinē excreantibus vtiliſſime. Que vero in muſto fuere: peiorē vim q̄ in vinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Saluberrimas putant medici: in aqua celeſti ſeruatas: etiā ſi minime iocūdas. Sed voluptatem earum in ſtomachi ardore ſenſient. & in amaritudine iecoris felliſq; vomitione.

Vue florē in cibis ſi edere gallinacei: vuas non attingunt. Sarmenta earum in quibus acini fuere: aſtringendi vim obtinent. Hi ſunt qui in vino capitis dolorem faciūt. Toſti tritiq; ſtomacho vtiles. Inſpargitur farina eorum polente modo: diſſintericis: celiacis: & diſſolutis ſtomacho.

Quippe cum ſit tardum dictu: pluribus proſit vinum an noceat: p̄tereaq; ancipiti euentu potū ſtatim auxilio ſit aut venenum. Nos iſta romana grauitate artiumq; liberalium appetentia: non vt medici: ſed vt iudices ſalutis humane ſalubriter diſtinguemus

Vino aluntur vires. ſanguis hominumq; colos. Hoc quoq; diſtat orbis medius & mitior plaga a circumiectis. q̄tum illis feritas facit roboris: tantum nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit. frugum neruos. aque carnes ideo minus ruboris eſt in corporibus illis: & minus roboris. Contraq; labores patientie. Vino modico nerui iuuantur. copioſo ledūtur. Sic & oculi. Stomachus recreatur. appetentia ciborum inuitatur. Vetus copioſiore aqua miſcetur. magis nouum vrinam expellit. Minus ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat. ſed ſtomacho innatat Corpus augere volentibus: aut mollire aluum: conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus aluumq; cohibentibus: ſitire in edendo. poſtea parum bibere

Vinoſos dicimus hoīes ꝙ ſoli animaliū non ſicientes bibimus Aq̄ potū interponere vtiliſſimū itēq; iugi ſupbibere ebrietatii. quāqui dem frigide potus: extēplo diſcutit. Cardiacis ī māma leua merū in ſpongiis imponi ꝓdeſt. Ad oīa maxime albū inueteraſcens Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentorum. quo etiā infuſo cornu: laſſitudinē auferri aiūt. Simias quadrupedeſq; quibus digiti ſunt negant creſcere aſſuetas vini potu.

Melius vinnm ſi in vaſis pix affuerit. Marmore enim & gipſo & calce cōdita: quis non etiam validus expauerit. Reſina condita: frigidis ſtomachis vtilia exiſtimantur. Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit. Innocentius pice ſola cōditum. Sed picem meminiſſe debemus: non aliud eſſe: q̄ combu

ſte reſine fluxum. Hoc genus vini caleſacit. concoquit. purgat. pe=
ctori ventri vtile. veteri reumatiſmo. exulcerationi. ruptis. conuul=
ſis. vomicis. neruorum infirmitati. inflationibus. tuſſi anhelationi
bus laxatis in ſuccida lana impoſitum. Ad omnia hec vtilius id
quod ſponte nature ſue picem recipit, picatũqꝫ appellatur. Car=
diacorum morbo ſpem vnicam in hoc vino eſſe certum eſt. Sed id
dandum quidem: non niſi in acceſſione cenſent. alii in remiſſiõe
Illi vt ſudorem coherceãt: hi quia tutius putant Minuente ſe mor
bo: q̃plurium ſenteñ. video. Dari vtiqꝫ non niſi in cibo debet. nec
a ſomno nec precedente alio potu. Hoc eſt vtiqꝫ ſicienti: & non ni
ſi in deſperatione ſumma. & viro facilius q̃ femine & ſeni q̃ inueni
Hieme q̃ eſtate. aſſuetis potius q̃ expertibus. Modus dandi: pro ve
hementia vini cyatum duobus aque miſcere. Si diſſolutio ſit ſtoma
chi dandum. Et ſi cibus non deſcendat.

Capitulum tertium de aceto & feci
bus multas vtilitates aſſignat con
tra venena & alias corporis incõ=
moda.

Aceto ſumma vis eſt in refrigerando. nec minor in diſcutien=
do. Ita fit vt infuſo terre ſpumet. Per ſe hauſtũ faſtidia diſcutit. Sin
gultus cohibet. Sternutamenta olfactu. Vim in balneis æſtus ar=
cet tentum in ore. Multorum ſtomacho vtiliter gargariſatur cum
aqua. Cum eadem conualeſcentiũ & a ſolis ardoribus. Oculis quo
qꝫ illo modo ſaluberrimum. Item lepris furfuribus vlceribus ma
nantibus. canis morſibus ſcorpionum ictibus. muris araneiqꝫ. Cõ
tra omnium aculeatorum venena & puritus. Calidum in ſpongia
appoſitum: aut adiecto ſulphuris aut iſopi faciculo: medetur ſe=
dis vitiis in ſanguinis fluxione: poſt exciſos calculos et omnes ali
as roſiones: foris in ſpongiis impoſitum. intus potum cyatis bi=
nis q̃ acerrime. Conglobatum vtiqꝫ ſanguinem diſcutit. Veſice no
cet. neruorumqꝫ infirmitatibus. Nuper ab aſpide calcata per=
cuſſus vtrem aceti ferens: quotiens depoſuiſſet: ſenſiebat ictum:
alias illeſo ſimilis. Intellectũ ibi remedium eſt. potuqꝫ ſuccurſum
Neqꝫ altero os colluunt venena exugentes. In totum vomitrix
vis hec non niſi ciborum modo eſt verum & rerum plurimarum.
Saxa rumpit infuſum: que non ruperit ignis antecedens. Ci=
bos & ſapores non aluis magis ſuccus cõmẽdat aut excitat. In quo
vſu mitigat: toſto pane aut vino. vel accendit pipere ac laſare. Sale

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

compeſcitur M.agrippa ſupremis annis cõflictatus graui morbo
pedũ: cũ dolorem eũ ꝑpeti nequiret medici portẽtoſa ſciẽtia igno
rante diuo auguſto tãti putauit vſu pedũ ſenſuq; oi carere: dũmo-
do & dolore illo careret: demerſis in acetum calidum cruribus in
acerrimo impetu morbi euaſit.
Fex vini ſicca vel madida: cõtra phalangias: & teſtiũ mãmarũq;
inflamationes: vel in qũacũq; parte corpis. Cũ expirauerit quoq;
lauandis corporibus & veſtibus vtilis. tuncq; vſum acacie habet

Fex eius ſiſtit mulierũ menſes. Sacros ignes cũ cera. Mãmas la
ctis ſui ipatientes eadẽ extinguit. Vngues ſcabros aufert. Cõtra
canis morſus. Et hec cremata ampliat vires. Tunc addita lentiſci-
no oleo nocte vna ruffat capillos.

Ca.iiii.de oleis & foliis eius.

Succus foliorũ olee veteres lacrimationes ſanat. & genarꝫ corroſi
ones. Exprimit̃ aũt ſucc⁹ tuſis effuſo vino ex aqua celeſti. Siccatuſ
q; in paſtilos digerit̃. Siſtit mẽſes in lana admotus vulue. Vtilis
& ſaniẽ emanãtibus ignibus ſacris queq; ſerpũt vlcera. Oliue albe
ſtomacho vtiliores. vẽtri minus. Preclarũ habent anteq̃ cõdiant̃
vſum: recẽtes ꝑ ſe cibi modo deuorate. Medent̃ enim arenoſe vri-
ne. Item dentibus aut atritis aut conuulſis.

Ca.v. De oleo coctiuo amigda
lmo & laurino

Omni oleo mollitur corpus. vigorẽq; accipit & robur. Stomacho
coutrarium: laſſitudinum perfrictionumq; remedium eſt Vetus
magis excalfacit corpora. magiſq; diſcutit ſudores. duricias ma-
gis diffundit. Et ſi vetuſti non ſit occaſio: decoquitur vetuſtatem re
preſentet. Oleum amigdalinum purgat mollit corpora. Cutem
erugat. nitorem commendat. Prodeſt & auribus cum roſaceo &
melle & mali punici germine decoctum. Vermiculoſq; in his necat
& grauitatem auditus diſcutit Sonos incertos & timitus obiter
Capitis dolores & ocnlorum. Medetur furunculis: & a ſole vſtis
cum cera. Per ſe vero capiti ilitum ſomnum allicit.
Oleum laurinum vtilius quo recentius. quoq; viridius colore. Vis
eius excalfactoria. Ideo paraliticis: ſugilatis: capitis doloribus in
ueteratis: diſtilationibus: in calice punici calfactum illinitur. Simi
lis & mirtei olei ratio.

Ca.vii.de malis cotone
is & lanugine eorum.

Cotonea cocta ſuauiora. Cruda tñ dũtaxat matura proſunt ſan
guinem excreantibus ac diſſintericis. colericis. celiacis. Nõ idem

poſſunt decocta: quoniam amittunt conſtringentē illam vim ſuc-
ci. Imponunt & pectori in febris ardoribus. Et tū decoquuntur in
aqua celeſti ad eadem que ſupraſcripta ſunt
Lanugo eorū carbunculos ſanat: cocta in vino & ilita cū cera. Alo
peciis capillum reddun t. Que ex his cruda in melle condiūtur: al
uum mouent. Mellis autem ſuauitati multū adiciunt. ſtomacho
qꝫ id vtilius faciunt. Fit e cotoniis ſuccus cū vino dulci tuſus:
vtilis celiacis & iocineri. Radix eorū circūſcripta terra manu ſini
ſtra capitur: ita vt qni facit dicat que capiat: & cuius cauſa. Sic ad
alligata ſtrumis medetur.
Diuiduntur mala: celeſti aqua madeſcant fere tribus diebus. Hec
bibitur frigida celiacis & ſanguinem excreantibus.

Ca. viii. de piris & earū obſeruatio nibus. De ficis ceſaris antidoto mi tridatis auellanis caſtaneis & ceteris.

Pirum ſilueſtre tardiſſime maturatur concidit̄ ſuſpenſumqꝫ ſic
catur ad ſiſtendā aluum. quod & decoctū eius potum preſtat. De-
coquuntur & folia cū pomo ad eoſdē vſus Pira aduerſantur bole
tis fungis: pelluntqꝫ pondere & pugnante ſuco. Pirorū ligni cinis
contra fungos etiānum efficatius ꝓficit Mala piraqꝫ portatu iu-
mentis: mire grauia ſunt vel pauca. Remedio aiunt eſſe: ſi prius
edenda dentur aliqua: aut vtiqꝫ oſtendantur

Fici ſuccus lactens aceti naturam habet Itaqꝫ coaguli modo lac
contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi. & in vmbra ſiccatur
ad aperienda vlcera. cienda mēſtrua: appoſitus cum luteo oui: aut
potus cū amylo. Podagris illinitur cum farina fenugreci. & ace-
to. pilos quoqꝫ detrahit. palpebrarū ſcabiem emendat. Item liche
nas & pſoras. aluum ſoluit. Lactis ficulini natura aduerſatur cra-
brorum veſparūqꝫ & ſimilium venenis. priuatim ſcorpionum. Idē
cum axungia verrucas tollit. Folia que nō maturuere fici: ſtrumis
illinuntur. omnibuſqꝫ que emollienda ſunt diſcutienda ve. Preſtāt
hec & per ſe folia. Canum rabioſorum morſus folio trito ex ace-
to reſtringunt. Senibus ficus meliorem valitudinem faciunt. Mi
nuſqꝫ rugarum. Sitim ſedant. calorem refrigerant. Ob id non ne-
gande conſtrictis: quas ſtegenas vocant. Voci contrarie intelligun
tur. Nouiſſime ſalubriores q̄ prime. Sicce fici ſtomachum ledunt.
Guturi & faucibus maxime vtiles Natura his exculfaciendi. Sitim
afferunt aluum molliunt. Rheumatiſmis eius & ſtomacho contra-
rie. Veſice ſemper vtiles & anhelatoribus & ſuſpirioſis. Item io-
cinerum renum lienum vitiis. Corpus & vires adiuuant. Ob id:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ante athlete paſcebãtur hoc cibo. Pithagoras exercitatores primꝰ eos ad carnes tranſtulit. Recolligentibus ſe a longa valitudine vtiliſſime. Item comitialibus & idropicis. Omnibuſq; que maturãda aut diſcutienda ſunt imponunt̃: efficacius calce: aut nitro impoſito: & admixto. At cocte cũ iſopo pectus purgant. & pituitã. Tuſſim veterem. cum vino autem ad ſedem & tumorem maxillarum. Aluum ſiſtunt manducate. Carbunculos extrahunt cu; vino cocte & impoſite. Produnt ſiquis inclinata arbore ſupino ore aliquẽ nodum eius morſu abſtulerit nullo vidente atq; in aluta ligatum litio ex collo ſuſpenderit: ſtrumas & parotidas diſcutit. Cortex tritus cum oleo ventris vlcera ſanat. Ceraſa aluum molliunt, ſtomacho in vtilia. Eadem ſicca aluum ſiſtũt. vrinã ciunt. Inuenio apud auctores: ſiquis matutino roſtida deuoret cum ſuis nucleis: intantũ leuari aluũ: vt morbo pedes liberentur. In ſanctariis mitridatis maximi regis pompeius inuenit: in peculiari commentario ipſius manu: compoſitionem antidoti: e duabus nucibus ſiccis: Item ficubus totidẽ: & rute foliis.xx. ſimul tritis: addito ſalis grauo: & q hoc ieiunus ſumat: nullum venenum nociturum eo die: Contra rabioſi quoq; canis morſum.

Auellane capitis dolorẽ faciũt & inflamatiunẽ ſtomachi. & pinguedini corpis conferunt pluſq̃ ſit veriſſimile. Toſte & diſtillationi medentur. Tuſſi quoq; veteri: trite & in aqua mulſa pote

Caſtanee vehementer ſiſtunt ſtomachi & ventris fluxiones aluum ciunt. ſanguinem excreantibus proſunt. Carnes alunt.

Liber.xxiiii. memorande medicine ex arboribus ſilueſtribus.

Ca.i. improbat difficiles medicorũ compoſitiones.

Hec ſola nature placuerat eſſe remedia parata vulgo: Inuentu facilia. ac ſine impendio ex quibus viuimus. Poſtea fraudes hominũ & ingeniorum capture officinas inuenere iſtas: in quibus ſua cuiq; homini venalis ꝓmittit̃ vita. Stant compoſitiones. & mixture inexplicabiles decantantur. Arabia atq; india in medio eſtimant̃: Vlceriq; paruo medicina a rubro mari imputantur: Cum remedia vera pauperrimus quiſq; cenet. Nam ſi ex horto aut petatur her-